

CODEX 32. olim signatus 3/1.

Foliorum 177, 318 : 228 mm., columnis binis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod indicant versus sequentes fol. 3.:

Pectoris ob lumen, Pater hoc Frowine volumen
Fecisti fieri; sit talio notio veri.

Litterae initiales partim artificiose delineatae, partim solo minio sunt ductae. Codici praefiguntur (fol. 2'.) figurae Christi et Ecclesiae illustratae his versibus:

Conjugis in morem permiscetur per amorem
Ecclesiae Christus; perit hinc dolor et quoque fastus.

Bernardus S. Claraevallensis. *Sermones* super cantica cantorum LXXXII; reliqui quatuor desunt.

P. L. 183, 785—1181. Hos Bernardi sermones indice locupletissimo (fol. 1'. 2. et 3.) ac notis marginalibus illustravit P. Ignatius Betschart. 1658—1681 abbas Engelbergensis. Ad calcem codicis invenitur versus:

Ecce sodes noris liber hic finitur amoris.

Fol. 3. manus saec. XIV. haec adnotavit: Iste liber spectat ad monasterium monachorum de monte angelorum et accommodatus est fratri Francisco Vicedom. lectori Lucernensi.

CODEX 33. olim signatus 3/2.

Foliorum 188, 310 : 228 mm., binis columnis exaratus saeculo XII. Praeter modestiores litteras initiales codex rubricatus etiam 'Frowinianis' decoratus est litteris, quas tamen manus recentior coloribus spatiola implendo foedavit magis quam ornavit.

Folio 1. haec notata sunt: Iste liber impignoratus est praeposito Lucernensi pro quinque libr. Hallensium a quodam de Vnderwalden, quem bene novit Leonardus de Lütishoffen, usque ad festum Jo. Baptistae proxime futurum ea condicione, quod idem de Vnderwalden farandiam facere pollicitus est contra omnes, qui huius mutuum seu impignorationem impugnare praesumpserint. Acta sunt haec feria tertia ante dominicam Jubilate anno LXXII° in praesentia Leonardi de Lutishoffen.

- 1^o *Formula imprecatoria in morbos, qui vocantur.* Nessia, Nagedo, Stechedo, Troppho, Crampho, Gighite, Paralisis. *Fol. 1.*

Edidit Bartsch. Alt- und Mittelhochdeutsches aus Engelberg. Germania VI. (XVIII.) 45 sq.

- 2^o *Sermones Pernardi (sic) Claraevallensis abbatis, caeterorumque patrum orthodoxorum summopere ad eruditionem proximorum collecti ex auctoritatibus veteris et novi testamenti. Fol. 1'—188.*

Initia sermonum haec sunt:

- Fol. 2.* De adventu domini. (*rubr.*) Nemo vestrum dubitat, fratres carissimi, duos esse adventus . . . *P. L. 157, 1213—1214 D.*
- Fol. 2'.* In adventu. (*rubr.*) Dicite pusillanimis etc. Ante adventum domini . . . *Hildeb. P. L. 171, 343—347.*
- Fol. 3'.* Sermo alterius auctoris de eodem. (*rubr.*) Tuae carissime non immemor exactionis . . .
- Fol. 4'.* In vigilia natalis domini. (*rubr.*) De vigilia natalis domini vel pauca dicemus . . .
- Fol. 5'.* In nativitate domini. (*rubr.*) Sanctam ac singularem solempnitatem, nativitatem . . . *Hildeb. P. L. 171, 388—390.*
- Fol. 6.* Item de eodem. (*rubr.*) Apparuit benignitas etc. Fratres acquisierat sibi . . . *Hildeb. P. L. 171, 390—394.*
- Fol. 7.* Unde supra. (*rubr.*) Agamus omnes gratias omnipotenti deo, quia misit hodie redemptionem . . .
- Fol. 8.* De s. Stephano. (*rubr.*) Diligite inimicos etc. Dns ac redemptor noster fr. c. sicut venerat. *Hildeb. P. L. 171, 720—723.*
- Fol. 9.* De s. Johanne. (*rubr.*) Vulpes foveas etc. De impietate hominum fr. redemptor . . . *Hildeb. P. L. 171, 728—731.*
- Fol. 10.* In circumcissione. (*rubr.*) Natalis domini diem octavum hodie celebramus . . . *Ivo. P. L. 162, 571—573.*
- Fol. 10'.* Sermo alterius auctoris de eodem. (*rubr.*) Factus dominus de muliere, factus quoque sub lege, hodie legem . . .
- Fol. 11'.* In epiphania. (*rubr.*) Cum natus esset etc. Cum creator omnium, fratres carissimi, . . . *Hildeb. P. L. 171, 413—416.*
- Fol. 12'.* Unde supra. (*rubr.*) Iterum Jesus meus et iterum mysterium eius, dicit Gregorius . . .
- Fol. 14'.* De evangelio. (*rubr.*) Cum descendisset etc. Quem fr. c. Christus voluit inter homines . . . *Hildeb. P. L. 171, 416—419.*

- Fol. 15'.* In purificationem S. Mariae. (*rubr.*) Postquam impleti etc. Secundum veteris legis consuetudinem . . .
- Fol. 17.* Item de eodem. (*rubr.*) Ecce venit ad templum suum dominator, quem iusti quaerebant . . .
- Fol. 18'.* In purificationem. (*rubr.*) Adorna thalamum tuum Syon et suscipe regem Christum. Quae est ista Syon . . .
- Fol. 19.* In septuagesima. (*rubr.*) Veni sancte septiformis gratiae spiritus, et spiritu timoris tui . . .
- Fol. 20'.* Sermo de eodem. (*rubr.*) Surge qui dormis etc. Fratres carissimi, vos qui satis et ultra dormistis . . .
- Fol. 21'.* Unde supra. (*rubr.*) Excudere de pulvere etc. Audite fr. c. quam dulciter . . . *Hildeb. P. L. 171, 463—467.*
- Fol. 23'.* Sermo in sexagesima. (*rubr.*) Maxima senarii numeri perfectio commendatur . . .
- Fol. 25.* Sermo in quinquagesima. (*rubr.*) Si de quinquagesima aliquid tractare domino . . .
- Fol. 25'.* In capite ieiunii. (*rubr.*) Hodie mater ecclesia filios suos, in quibus . . . *Ivo. P. L. 162, 579—581.*
- Fol. 26'.* Sermo de eodem. (*rubr.*) Convertimini etc. Audite fr. c. infinitam et inenarrabilem misericordiam . . .
- Fol. 28.* Sermo in quadragesima. (*rubr.*) Quia sanctos quadragesimae dies celebraturi sumus . . .
- Fol. 29'.* In quadragesima. (*rubr.*) Maria soror Moysi etc. Fratres, ultiones veteris testamenti . . . *Hildeb. P. L. 171, 423—427.*
- Fol. 31'.* In quadragesima. (*rubr.*) Nolite diligere mundum etc. Est quidam spiritualis . . . *Hildeb. P. L. 171, 467—471.*
- Fol. 33.* Sermo in quadragesima. (*rubr.*) Ecce odor filii etc. Aggratulatur fr. nobis pater . . . *Hildeb. P. L. 171, 481—485.*
- Fol. 34'.* Unde supra. (*rubr.*) Audi Israel etc. Admonens vos fr. c. dominus per Jheremiam . . . *Hildeb. P. L. 171, 440—443.*
- Fol. 36.* In quadragesima. (*rubr.*) Agar cum filio ejecta est a Sara, quae Sara typum gerit . . .
- Fol. 36'.* Item de eodem. (*rubr.*) Legitur quod Jacob duas uxores etc. Figura veteris testamenti fr. novi . . . *Hildeb. P. L. 171, 888—892.*
- Fol. 38'.* Unde supra. (*rubr.*) Osee propheta meretricem accipere iubetur, qui . . .
- Fol. 39'.* In palmis. (*rubr.*) Quoniam populus Hebraeorum occurrit domino cum ramis . . .
- Fol. 42.* In passione domini. (*rubr.*) Dicite filiae Sion etc. Mandat vobis rex caelestis . . . *Hildeb. P. L. 171, 485—491.*
- Fol. 44'.* In coena domini. (*rubr.*) Venite filii audite me etc. Audite filii, quam dulci voce . . . *Hildeb. P. L. 171, 505—510.*

- Fol. 46.* Sermo in coena domini. (*rubr.*) Dñs Jesus in qua nocte etc. Imminente fr. c. passionis . . . *Hildeb. P. L. 171, 534—538.*
- Fol. 48.* Unde supra. (*rubr.*) Popule meus quid feci etc. Reduc me in memoriam . . . *Hildeb. P. L. 171, 828—833. Multis lectionibus variantibus.*
- Fol. 50'.* Sermo de sacerdotibus. (*rubr.*) Fecit deus duo luminaria etc. Sic voluit deus fr. c. . . . *P. L. 147, 233—236.*
- Fol. 51'.* De sacerdotibus. (*rubr.*) Labia sacerdotis etc. Attendite fr. c. quantum thesaurum . . . *P. L. 147, 227—230.*
- Fol. 53'.* In coena domini. (*rubr.*) Adest dies propitiationis divinae et salutis humanae . . .
- Fol. 56.* De baptismo in sabbato sancto. (*rubr.*) Venerabili patri dño Widonon etc. Scio te desiderare de vivo fonte . . .
- Fol. 56'.* Sermo de cereo. (*rubr.*) Significatio quoque cerei, qui instituite papa Zozimo in vigilia . . .
- Fol. 57.* Sermo de pascha. (*rubr.*) Hodie fratres victoria Christi completa est, . . . *Leo? P. L. 54, 499—500. Ivo? P. L. 162, 591—592.*
- Fol. 58.* Sermo in pascha. (*rubr.*) Haec est dies etc. Ista dies non est mundi dies, quae transitura . . .
- Fol. 59.* Sermo in pascha. (*rubr.*) Jam nunc de pascha et eius tempore, quod dominus dedit, curabo . . .
- Fol. 59'.* In letania. (*rubr.*) Coelum clausum est nec pluit annos tres et menses sex, quia nec spiritualia . . .
- Fol. 60'.* In ascensione domini. (*rubr.*) Hodie victoria Christi completa est; triumphato enim diabolo . . .
- Fol. 61'.* De ascensione domini. (*rubr.*) Completo demum quadragenario numero dierum . . .
- Fol. 62.* In pentecosten. (*rubr.*) Cum complerentur etc. Completi enim sunt hi dies, quoniam venit . . .
- Fol. 64.* Sermo in pentecosten. (*rubr.*) Post decem dies ascensionis suae misit dominus apostolis dona . . .
- Fol. 64'.* Item de eodem. (*rubr.*) Si quis diligit me etc. Unde psalmista, furor illis secundum similitudinem serpentis . . . *Hildeb. P. L. 171, 471—476.*
- Fol. 66'.* In pentecosten. (*rubr.*) Dies pentecostes sacratus in lege et evangelio — singulis prout vult. *Ivo. P. L. 162, 592—594 B.*
- Fol. 67'.* De sancto Petro. (*rubr.*) Tu es Petrus etc. Sicut illi filii Israel, qui per Moysen . . .
- Fol. 69.* Sermo de Apostolis. (*rubr.*) Venite et videte etc. Causam nobis hodiernae vocationis . . .
- Fol. 70'.* In assumptione sanctae Mariae. (*rubr.*) Assumpta est Maria etc. Sicut regina nostra . . .
- Fol. 72.* Unde supra. (*rubr.*) Paradisi porta per Evam cunctis clausa est et per Mariam . . .

- Fol. 73.* In assumptione. (*rubr.*) Ab initio et ante *etc.* Quam summa sit, venerabiles fratres, sollempnitas . . .
- Fol. 74.* Sermo alterius auctoris de eodem. (*rubr.*) Juxta legis praeceptum virga Aaron posita . . .
- Fol. 74'.* De poenitentia. (*rubr.*) Poenitentiam agite *etc.* Fratres carissimi, evangelicae tuba lectionis auribus . . .
- Fol. 75.* Sermo de eleemosyna. (*rubr.*) Quanti meriti sit eleemosynam facere ex sententia domini . . .
- Fol. 75'.* De confessione. (*rubr.*) Populus dei et oves pascuae *etc.* Duas esse materias confessionis . . .
- Fol. 76'.* Sermo de pascha. (*rubr.*) Cum ceterae festivitates in recordatione rerum gestarum . . . *Ivo. P. L. 162, 589—591.*
- Fol. 77.* De sacerdotibus. (*rubr.*) Labia sacerdotis *etc.* Licet fr. istud propheticum in capite nostro . . .
- Fol. 78.* Sermo de sacerdotibus. (*rubr.*) Adhuc inquit dominus sedere *etc.* Tabernacula ista ecclesia est . . .
- Fol. 79.* Sermo de praelatis. (*rubr.*) Duas Moyses tubas de argento constituit, ut ad earum clangore . . .
- Fol. 79'.* De cruce Christi et diaboli. (*rubr.*) Scire deum summa scientia et haec est illa beatitudo . . .
- Fol. 80'.* De abrenuntiatione saeculi. (*rubr.*) Qui de saeculo exeunt, in via dei esse incipiunt . . .
- Fol. 81.* Sermo de sponso et sponsa. (*rubr.*) Filius summi regis uxorem habet (*lege: habere*) volens misit servos suos . . .
- Fol. 81'.* De figura sacrificiorum. (*rubr.*) Clerici qui religionem professi, in communi vita morantur . . .
- Fol. 82.* De reparatione hominis. (*rubr.*) Primus homo peccando deum deseruit; peccavit autem . . .
- Fol. 83.* De septem filiabus sacerdotis. (*rubr.*) Interempto Aegyptio Moyses Pharaonem timuit . . .
- Fol. 84.* Sermo de septem vocibus. (*rubr.*) Sacerdos et filia ejus sub lege de oblationibus vescebantur . . .
- Fol. 85'.* De activa vita. (*rubr.*) Omnes qui de hoc mundo ad Christum transire desiderant . . .
- Fol. 86.* De tribus locis et vocibus. (*rubr.*) Tria sunt loca in quibus deus tribus vocibus et tribus instrumentis . . .
- Fol. 87'.* De simoniacis. (*rubr.*) Locutus est dominus . . . qui fuerit leprosus *etc.* Removeat dominus fr. c. ne nos . . . *Hildeb. P. L. 171, 783—786. Multae lectiones variant.*
- Fol. 88'.* De evangelio. (*rubr.*) Homo quidam peregre *etc.* Homo iste noster redemptor . . . *Hildeb. P. L. 171. 779—783. Plurimis lectionibus variantibus.*

- Fol. 90.* Sermo de fide. (*rubr.*) Haec est voluntas etc. Breve capitulum et grande beneficium . . .
- Fol. 92.* In passione domini. (*rubr.*) Dominus noster J. Chr. ut sanctificaret etc. Satis fr. audistis ordinem . . . *Hildeb. P. L. 171, 547—551. Circa finem lectiones variant.*
- Fol. 93'.* De psychomachya. (*rubr.*) Scitote fr. c. quia vetus homo etc. Laetum nuntium affert nobis . . . *Hildeb. P. L. 171, 841—845.*
- Fol. 96.* De contemptu mundi. (*rubr.*) Nemo mittit vinum etc. Benignitas domini fr. nostrae . . . *Hildeb. P. L. 171, 908—912.*
- Fol. 98.* De refectione dominica. (*rubr.*) Venite ad me etc. Audite fr. quantum affectum . . . *Hildeb. P. L. 171, 821—822.*
- Fol. 98'.* De regno dei et diaboli. (*rubr.*) Exite popule meus de Babylonia etc. Sunt fr. c. duo regna . . . *Hildeb. P. L. 171, 864—867.*
- Fol. 100.* Sermo de decimis. (*rubr.*) Filii hominum usquequo etc. Fratres carissimi si filii dei estis, audite . . .
- Fol. 102.* De episcoporum elatione. (*rubr.*) Diabolus despectis angelorum legionibus secum socialiter . . .
- Fol. 103.* De comminatione domini. (*rubr.*) Audite verbum etc. Osee propheta fr. cum deum iratum . . .
- Fol. 104.* Sermo de ordinibus. (*rubr.*) Deus iudicium etc. Omnis potestas a deo data est, quae autem . . .
- Fol. 106.* De veris divitiis. (*rubr.*) Scitis, ut ait apostolus, fr. c. gratiam d. n. J. Chr. quoniam . . .
- Fol. 107.* Sermo de sacerdotibus. (*rubr.*) Vae pastoribus etc. Audite fr. super vos sententiam terribilem . . . *P. L. 147, 223—225. Multis lectionibus variantibus.*
- Fol. 108.* In dedicatione. (*rubr.*) Et vidi caelum etc. Exterminatis illis qui corruerunt terram . . .
- Fol. 109'.* Sermo in dedicatione. (*rubr.*) Et templum non vidi etc. Magnifica spem nostram quae in hac . . .
- Fol. 113.* De dedicatione. (*rubr.*) Fundamenta ejus etc. Gloriosam fr. c. civitatem ab initio mundi . . . *Hildeb. P. L. 171, 733—736.*
- Fol. 114'.* De eodem. (*rubr.*) Salomon aedificavit etc. Omnes fr. antiquae legis observationes . . . *Hildeb. P. L. 171, 748—750. Circa finem lectiones variant.*
- Fol. 116.* Unde supra. (*rubr.*) Inquit apostolus, Christus dilexit etc. Audite fr. apostolum . . . *Hildeb. P. L. 171, 736—739.*
- Fol. 117.* De dedicatione (*rubr.*) Facta sunt encoenia etc. Fratres carissimi, Salomon templum in Jerusalem . . . *Hildeb. P. L. 171, 731—733. In codice multo prolixior.*
- Fol. 118'.* De praelatis. (*rubr.*) Deus stetit in etc. Fratres carissimi, d. n. J. Chr. deus ante saecula, homo . . .

- Fol. 120'.* De pastoribus. (*rubr.*) Super muros tuos *etc.* Jerusalem, fr. c. super muros cuius dominus . . .
- Fol. 121'.* De requisitione ovium. (*rubr.*) Ecce ego [*super*] pastores requiram *etc.* Quam grave sit magisterii pondus . . .
- Fol. 122.* De tribus verbis. (*rubr.*) Sicut ex libro s. Ezechielis prophetae habemus omnium sanctarum . . .
- Fol. 122'.* De correptione bonorum et malorum. (*rubr.*) Per multas tribulationes, fr. c. sicut dicit apostolus . . .
- Fol. 123'.* De divitibus. (*rubr.*) Verba domini sunt, quod facilius est per foramen acus camelum . . .
- Fol. 124.* Sermo de s. Stephano protomartyre. (*rubr.*) Quoniam fr. c. ad aeterni regis curiam . . .
- Fol. 125.* Sermo de tribus ordinibus. (*rubr.*) De cunctis hominum generibus fr. c. tres tantum . . .
- Fol. 125'.* Sermo de pascha. (*rubr.*) Paulus apostolus ait: Pascha nostrum *etc.* Si igitur pascha Christus . . . *Hildeb. P. L. 171, 564—567.*
- Fol. 127.* In tempore rogationum. (*rubr.*) Divina scriptura fr. c. nos aliquando ad lacrimas . . . *Hildeb. P. L. 171, 572—574.*
- Fol. 128'.* De mysterio crucis. (*rubr.*) Verbum crucis *etc.* Fratres carissimi, quia ex dei gratia fidelibus . . . *Hildeb. P. L. 171, 683—685.*
- Fol. 129'.* In diebus rogationum. (*rubr.*) Quis vestrum habebit *etc.* Quia dies rogationum aliquid . . . *Hildeb. P. L. 171, 574—577. Plurimis lectionibus variantibus.*
- Fol. 131.* Sermo de eodem. (*rubr.*) Confitemini alterutrum *etc.* Cum omni tempore poenitentiae sacramentum . . . *Hildeb. P. L. 171, 577—580. Plurimis lectionibus variantibus.*
- Fol. 132.* In ascensione. (*rubr.*) Elevatus est sol *etc.* Ascensionis domini fr. c. iocunda . . . *Hildeb. P. L. 171, 580—583.*
- Fol. 133.* De s. Johanne Baptista. (*rubr.*) Ubi venit plenitudo *etc.* Fratres carissimi, sapientia patris humanum genus . . . *Hildeb. P. L. 171, 656—658. Multis lectionibus variantibus.*
- Fol. 133'.* Sermo in assumptione s. Mariae. (*rubr.*) Intravit Jesus *etc.* In scriptura sacra res una . . .
- Fol. 135'.* De concordia fratrum. (*rubr.*) Ecce quam bonum *etc.* Congratulatur dilectissimi David . . . *Hildeb. P. L. 171, 873—877.*
- Fol. 137'.* De caritate. (*rubr.*) Induite vos *etc.* Exercitus magni regis estis, estote castrorum . . .
- Fol. 138'.* De figuris sacerdotii. (*rubr.*) Locutus est dominus *etc.* Fratres carissimi, haec omnia quae in veteri . . . *P. L. 147, 225—227. Multis lectionibus variantibus.*
- Fol. 139'.* Sermo de pontificibus. (*rubr.*) Montes Israel *etc.* Adtendite fr. quod spiritus sanctus . . .

- Fol. 141.* Sermo de scala. (*rubr.*) Quis ascendet *etc.* Ascendit quidem semel Christus corporaliter . . .
- Fol. 141'.* De evangelio. (*rubr.*) Designavit dominus *etc.* Elegit frs. in primitiva ecclesia . . . *Initium apud Hildeb. P. L. 171, 926.*
- Fol. 142'.* In annuntiatione s. Mariae. (*rubr.*) Missus est *etc.* Quid sibi vult evangelista tot. . . . *Bernard. P. L. 183, 55—61.*
- Fol. 145'.* De custodibus. (*rubr.*) Quaesivi dilectum *etc.* Fratres carissimi, qui vestigia ecclesiae . . . *Hildeb. P. L. 171, 897—901. Plurimis lectionibus variantibus.*
- Fol. 147'.* De monialibus. (*rubr.*) Omnis gloria *etc.* In hoc versu prophetico filiae . . . *Hildeb. P. L. 171, 901—905. Multae lectiones variant.*
- Fol. 149.* De mystica egressione Abraham. (*rubr.*) Egredere *etc.* Exit de terra, qui de vitiis ad virtutes . . .
- Eodem folio.* De ereptione pueri. (*rubr.*) Rex quidam dives et praepotens i. e. deus, quo nil ditius . . .
- Fol. 151'.* De potestatibus. (*rubr.*) Sicut ait apostolus Paulus: Non est potestas *etc.* Audite frs. apostolum clamantem . . . *Hildeb. P. L. 171, 792—796. Multis lectionibus variantibus.*
- Fol. 153.* De consecratione basilicarum. (*rubr.*) Quoniam ad dedicationem praesentis basilicae . . . *Ivo. P. L. 162, 527—535.*
- Fol. 157'.* Sermo de sacram. baptismi. (*rubr.*) Quoniam populus ad fidem vocatus — ad arbores et fontes *etc.* in hunc modum. *Ivo. P. L. 162, 505—512. C.*
- Fol. 161.* De mysterio singulorum ordinum. (*rubr.*) Quia militiam Christi in baptismo . . . *Ivo. P. L. 162, 513—519.*
- Fol. 164.* Sermo de indumentis ministrorum dei. (*rubr.*) Quia sanctitas mysterii sanctitatem expetit . . . *Ivo. P. L. 162, 519—527.*
- Fol. 167'.* De humilitate. (*rubr.*) Humiliatus sum *etc.* Beatus qui gloriatur humilitate magis quam potestate . . .
- Fol. 168.* De rynecerote. (*rubr.*) Beato Job sanctae ecclesiae typum tenenti dicitur: Numquid valet . . .
- Fol. 169.* De quatuor evangelistis. (*rubr.*) Similitudo vultus *etc.* Quod per quatuor pennata . . .
- Fol. 170.* De hospitalitate. (*rubr.*) Dixit dominus J.: Quando misi vos *etc.* Non enim frs. eadem regula . . .
- Eodem folio.* De reparatione hominis. (*rubr.*) Corruptum peccatis originalibus et actualibus . . . *August. P. L. 39, 2200—2204. Ivo? P. L. 162, 562—566.*
- Fol. 172'.* De pugna animae. (*rubr.*) Simile est regnum coelorum homini regi *etc.* Cumque dies instaret nuptiarum . . .
- Fol. 174.* De dominica oratione. (*rubr.*) Duo sunt, carissimi, quae principaliter attendere . . . *August. P. L. 39, 1866—1870.*

- Fol. 176'.* De symbolo. (*rubr.*) Notum dilectioni vestrae, quod milites saeculi beneficia . . . *Ivo. P. L. 162, 604—607.*
- Fol. 178.* De passione domini. (*rubr.*) David futura spiritu praevidens, liberavit *etc.* Non omnium est . . . *Hildeb. P. L. 171, 947—950.*
- Fol. 180.* De liberatione filii David. (*rubr.*) Inter Jerusalem et Babyloniam ordinatae . . . *Bernard. P. L. 183, 765—767.*
- Fol. 181.* De nuptiis. (*rubr.*) Audivimus ex parabola evangelica quendam patrem familias . . . *Ivo. P. L. 162, 607—610.*
- Fol. 182.* De sacerdotibus. (*rubr.*) Posuit Moyses *etc.* Labrum aeneum seu quoddam vas . . . *Hildeb. P. L. 171, 776—779.*
- Fol. 183.* De ignitis serpentibus. (*rubr.*) Et haec quidem moraliter succincte sunt dicta . . .
- Eodem folio.* Quod serpens aeneus Christum significet. (*rubr.*) Igitur contra horum serpentium laesiones factus est . . .
- Fol. 183'.* Quod quaedam translative dicuntur de Christo. (*rubr.*) Nomen denique serpentis pro similitudine non . . .
- Fol. 184.* De virga Moysi. (*rubr.*) Ideo Moysi dicitur: Proice virgam in terram, quae projecta . . .
- Eodem folio.* Quid sit quod virga devoravit virgam. (*rubr.*) De cuius figura non est silendum, quod . . .
- Fol. 184'.* Cur verbum sit incarnatum. (*rubr.*) Oportebat enim, ut eodem verbo quo creatus . . .
- Fol. 185.* Cur sit aeneus serpens. (*rubr.*) Hinc est enim quod ille serpens aeneus erat, quod genus metalli . . .
- Eodem folio.* Quod Christus sit homo et non homo. (*rubr.*) Porro nec mirum si non est designatus se vocare . . .
- Fol. 185'.* Sermo ad vincula s. Petri. (*rubr.*) Sollempnem huius diei festi observantiam . . .

CODEX 34. olim signatus 3/7.

Foliorum 184, 288 : 216 mm., columnis binis exaratus variis manibus saeculo XII. Bene rubricatus, sed litterae initiales haud magni sunt momenti.

Sermones piae memoriae beati Bernardi Claraevallensis abbatis. Hos sermones pius pater Bernardus locutus est suis alumpnis, sed eius notarius Godefridus suo stilo studuit propagare.